Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

habitatione sui monasterii tot sorores claris or
tas natalibus. nocturno tempore coniunget eici. que se
pro amore filii dei custodie mancipaverant carcerali.
Cuius custodie districtionem non debeo silentio preterire.
sed prius ceptum ordinem incendium volo transire. flamma
cum omnia monasterii capellarum edificia. et omnes
officinas monachorum et fratrum canonicorum consumpsisset.
cellarium superius devoravit. et per ostium ingrediens. interio
res trabes invasit. et si ibi prevaluisset. consumptis sus
pendiis. quia monasterii situs valde est in arduo. dubium non
esset. quin et multitudo monachorum fratrum in loco subsis
tere non posset. et monasterium sororum quod ex opposito stabat. incendio
periret. Uicerunt deum filium lacrime sororum. et ait angelo percutienti
populum. Sufficit. nunc contine manum tuam. Monachi fratres et servi ul
tra modum tota nocte defatigati. circa mane cellarium
liberant. sicque sorores sopito incendio. secure in mo
nasterio perseverant. Uento enim aquilonari. qui ante
medium noctis insurrexerat. ex quo matutinorum sol
lempnitas cepit. tota nocte illa flammas accenden
do dilataverat. circa diei crepusculum. alius se ventus
opposuit. qui omne periculum flammarum a cella
rio. et a sororum monasterio removit. Ut autem de
hoc ipso monasterio sororum sicut promisimus. aliqua
succincte dicamus. beate memorie domini CHVN
RADI salzpurgensis archiepiscopi temporibus. ipsius
consilio et auxilio. undecumque venientibus sororibus.
hoc preparavit et ordinavit pie memorie domnus ABBAS
WOLVOLDUS. Introitus monasterii uno so
lo ostio altari opposito. clavibus tribus obseratur. idque
solummodo tunc aperitur. vel cum soror aliqua ad conver
sionem ingreditur: vel cum mortua ad sepulturam
effertur: Duas claves habent duo seniores. in sua
providentia. tertiam interius habet sororum magistra.
in sua custodia. Ut de aliis fratribus taceam. nec ipsi abbati.
nec priori. licet ipsam aperire ianuam. non ad sororem in
lecto communicandam. vel sacri olei inunctione.
ad exitum premuniendam. vel ad confessionem eius in ex
tremo vite ibi recipiendam. Nec tunc quidem vel ipsi
abbati vel priori patet introitus. nisi sub duobus aut tribus
testibus. Simul sunt ubicumque sunt. sive in conventu

sedeant. sive in choro deo serviant. sive in refec
torio. sive in dormitorio. lassitudinem suam refici
ant. Nulli mortalium nisi ad fenestram conveniunt
sive loquuntur. ubi etiam capitulo a solo abbate vel pri
ore raro tamen presidetur. Ibi exhortationis verbum
ad eas dirigitur. ibi omni sabbato alternatim de
uno choro soli abbati vel priori confitentur. sicque
ad communionem sequentis dominice. omni studio
ac diligentia preparantur. Nulli licet etiam ulli
mortalium. sive abbati. sive amico. vel propinquo.
sola loqui cum solo. nisi sub duarum aut trium sororum
testimonio. excepto solo confessionis secreto.
Toto anni tempore. estate vel hieme. ad sonum
campane. ad vigilias matutinas cum fratribus sur
gunt. ordinemque vigiliarum toto tempore hie
mali. usque in diem extendunt. idem ieiunium. idem
silentium. cum fratribus per anni circulum agunt. Nul
la etiam lineis vestibus utuntur. nisi sole infantule. si
que inter eas nutriuntur. Capitulum suum inter se
cottidie habent. magistra vel eius vicaria presi
dente. et in festis diebus cum abbas ad eas non potest
venire. sed inter eas persone ad verbum exhortatio
nis faciendum disposite. valde quippe sunt litterate.
et in scientia sacre scripture mirabiliter exercitate.
Cum enim post primum introitum numquam de monasterio
egrediantur. nisi vel mortue efferantur. vel vive for
sitan in aliud monasterium transponantur. ubi
simul custodia muniantur. cumque nichil umquam
de mundi vanitatibus videant. raro aliquid de
secularibus audiant. cur non scientiam celestium myste
riorum habeant. que ab omni communione mun
danorum gaudiorum ieiunant. Cumque nobilissimorum
principum filie. et alie preclaris orte natalibus inter
eas consistant. magne inter se humilitatis conflictu
ad invicem dimicant. quia valde detestabilis
haberetur. si qua inter eas alicuius elationis vel iac
tantie nota respergeretur. Habent per se vestimenta
sua ad omnem necessitatem. ad nulla superfluita
tem. de cameria sua disposita. de fratrum cellario
dantur eis. non ut principum filiabus. sed ut ac famu